

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3045

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1175-1176]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Vidimus en 1315 d'une charte de Henri II, adressée à toutes les autorités tant laïques qu'ecclésiastiques, confirmant à l'abbaye du Mont St Michel et aux moines toutes les donations de ses prédécesseurs, à savoir : celle du Comte Richard II, de la Comtesse Gunnor (mère de Richard II), du Comte Robert (fils de Richard II), de Guillaume, Roi d'Angleterre (fils de Robert), et du Roi Henri (fils de Guillaume). Le Roi confirme les donations qu'il leur avait faites en franche aumône, ainsi que les donations d'autres personnes, actuellement faites ou à venir.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 119, p. 188-189.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis ballivi Gersoii et Gueneroii salutem in Domino. Noveritis nos vidisse et de verbo ad verbum diligenter inspexisse quasdam litteras non cancellatas non abollitas non rasas nec in aliqua parte sui viciatas formam que sequitur continentes. H. Dei gratia rex Angl. et dux Norm. et Aquit. et comes And. archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justic. vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbacie Montis Sancti Michaelis in periculo maris et monachis ibidem Deo servientibus omnes donationes quas eis rationabiliter fecerunt antecessores mei scilicet comes Ricardus secundus et Gunnor comitissa mater ejus et comes Robertus filius predicti Ricardi et Wills. Rex Anglie filius ejusdem Roberti et Rex H. filius ejus in terris et ecclesiis et decimis et redditibus et in omnibus aliis rebus presertim in hiis omnibus de quibus in presenti saisiti sunt sicut carte donatorum testantur. Concedo etiam predictae abbacie et monachis ejusdem ecclesie abbacie et hac carta mea confirmo quicquid ego ipse eis dedi in liberam et perpetuam elemosinam et omnia que eis ab aliis rationabiliter data sunt vel data fuerint. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et predicti monachi habeant et teneant omnia que ab antecessoribus meis prenominatis vel ab aliis eis rationabiliter data sunt et quicquid egomet eis dedi in elemosinam cum omnibus pertinentiis suis in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis et molendinis in vivariis et piscariis in viis et semittis et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus bene et in pace libere et quiete plenarie integre et honorifice cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis sicut carte donatorum suorum testantur. t. [Jocel] [Sar.] [Henr.] [Baio.] [Regin.] [Bathon] episcopis, Comite [Hug] Bigot, Comite [Willo] de [Arund.] Ric. de [Hum.] [const.] [Willo] de [Hum.] filio ejus, [Willo] Trussebut, [Willo] de [Stut.] [Willo] filio

[Johis,] [Johe] Malherbe, Radulfo filio Stephani, apud Lutegareshele. Quod vidimus hoc testamur. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, die veneris post festum Sancte Scolastice Virginis.